

## 66

1695 August 16.

SCHREIBEN<sup>1</sup> VOM [SECRETAIRE D'ETAT DE LA GUERRE, LOUIS-FRANÇOIS-MARIE LE TELLIER], MARQUIS DE BARBEZIEUX, AN OBERST  
[ALBRECHT] MANUEL

---

s. Zurlauben/HM VII 266f.

1) s. auch AH 73/65, spez. Anm. 1 sowie AH 73/66A

---

Kopie, von Louis G a u d a r d vor 1753 - AH 73, 168<sup>V</sup>

## 66 A

[18. Jh.]

BESCHREIBUNG DER VON KOENIG LUDWIG XIV. 1695 DEM BERNER OBERSTEN  
ALBRECHT MANUEL VEREHRTEN MEDAILLE<sup>1</sup>

---

s. Zurlauben/HM VII 267

"La Medaille, La lettre<sup>2</sup> cy jointes, et ce petit Narré, se conservent [in Bern] dans les Archives de la famille M a n u e l, d'ou on l'a tiré."

1) s. auch AH 73/65, spez. Anm. 1      2) s. AH 73/66

---

Kopie, von Louis G a u d a r d vor 1753 - AH 73, 169 - Blatt 169<sup>V</sup> leer

## 67

1564 [September 2.], "Quarto non. Septembris", Rom, "apud [basilicam]  
Sanctam Marcum" A

BULLE VON [PAPST] PIUS IV. BEZUEGLICH CARONA ET CIONA

---

"Pius [IV.] episcopus servus servorum Dei Dilectis filijs Universitati hominum de Carona, et Ciona in dominio Helvetiorum locorum Vallis Lugani Comensis Dioecesis salutem, et Apostolicam benedictionem.

Quia libenter in pacis observantia delectamur, eaque iudicio, vel concordia terminata sunt, ut firma, et illibata persistent, et ne in recidive contemp-tionis scrupulum relabantur Apostolico nos convenit praesidio communire. Sanè prò parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias vertente

*differentia inter vos ex una, et Praepositum ecclesiae Sanctae Mariae de Tor-  
 rello (Gem. Carona) sub dominio Helvetiorum vallis lugani Comensis Dioecesis  
 de et super ablatione cuiusdam partis decimae Territorij locorum praedictorum  
 coram certo Iudice tunc expresso partibus ex altera allegaveritis vos existere  
 in quasi possessione solvendi libras viginti unam, et solidos octo Imperiales  
 monetae Mediolanensis, et ... [?]<sup>1</sup> quolibet anno domino Praeposito, seu eius  
 ecclesiae per tanti temporis spatium initij hominum memoria non extat in con-  
 trarium, obtentis hinc inde sententijs diversis per Iudices laicos Helveticos,  
 qui in eorum dominio etiam de rebus ecclesiasticis et spiritualibus, et inter  
 personas ecclesiasticas causas cognoscunt latis, tandem inter vos, et praefa-  
 tum Praepositum ad compromissum in nonnullos Iudices deventum fuit, dictique  
 Compromissarij servatis servandis in eorum Arbitramento per partes approbato,  
 et emolegato servata compromissi huiusmodi forma, et alias rite, et rectè ut  
 praefertur in negotio huiusmodi procedentes, vos ad solutionem dicti ficti  
 iuxta morem solitum, et consuetum, et antiquissimum tantummodo teneri, et in  
 futurum non posse, nec debere molestari, nec ad maioris ficti, seu census  
 solutionem compelli per eorum sententiam diffinitivam, quae ulla provocatione  
 sequuta in rem transivit iudicabam declaraverunt, aliasque, aliter, et alia  
 fecerunt prout in sententia seu dicto Arbitramento, sive laudo latius, et  
 plenius dicitur contineri. Quae omnia, et singula pro illorum subsistentia  
 firmari à nobis Apostolico petijstis munimine roborari. Nos igitur vestris  
 iustis in hac parte supplicationibus inclinati sententiam arbitralem, seu  
 laudum huiusmodi sicut ritè, et recte latam, sive emolgatam est, et nulla ap-  
 pellatione sequuta in rem transivit iudicatam, et adversum illam aliquid im-  
 petratum non fuit, et ab utraque parte sponte suscepta est ratum, et gratum  
 habentes illa Apostolica auctoritate confirmamus, et praesentis scripti patro-  
 cinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae con-  
 firmationis, et communitationis infringere, vel ei causa temerario contraire.  
 Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac  
 Beatorum P e t r i, et P a u l i Apostolorum eius se noverit incursum."*

1) *Redum anam*